

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia m  
cum fonte primo

Nummismata Caesaris aurum est,  
nummismata Dei homo;  
in solidis Caesar videtur,  
in hominibus autem Deus agnoscitur.  
Ideo divitias vestras Cesari date,  
Deo autem conscientie vestre solam  
innocentiam reservate.

Crisostomus super illud Matthei XXII.:  
Reddite que sunt Caesaris et cetera.

Nummismata Caesaris, aurum est:  
nummismata Dei, homo.  
In solidis Caesar videtur,  
in hominibus Deus agnoscitur.  
Ideo divitias vestras Cesari date,  
Deo autem conscientiae vestrae solam  
innocentiam reservate,  
ubi Deus videtur.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus  
imperfectum in Matthaum*, 42 (PG 56,  
col.867).